

» eorum nomine tenentur et possidentur in episcopatu et territorio
» Parme cum omnibus pertinentis, consuetudinibus, honoribus, ju-
» risdictionibus, custodiis et honoribus ipsis castris pertinentibus
» sine aliqua molestia, dominio, inquietatione vel questione dictorum
» dominorum de la Scala seu communis Parme vel aliarum quarum-
» cumque personarum cujuscumque conditionis vel status existant.
» Et insuper ac ultra premissa quod ipsi domini de Rubeis et dicti
» amici eorum tam clerici quam laici, de quibus, si dubium fuerit,
» credatur expressioni et assertioni dictorum Rolandi et domini
» Andreasii vel alterius eorum restituantur expedite, integre et de
» presenti in omnibus aliis eorum bonis, possessionibus, iuribus et
» prebendis tam laicalibus quam clericalibus in quibus erant et
» possidebant usque ad diem, quo domini Albertus et Mastinus pre-
» dicti habuerunt dominium civitatis Parme. Si etiam aliqui eis sic
» intratis et restitutis aliquod de predictis vel pro predictis petere
» voluerint, petant et fiat eis justicia sicut de jure fieri debet civibus
» de civitate Parme. Et debeant ipsi domini de Rubeis silicet do-
» mus, bona et familie eorum. Et vir nobilis Ugolotus Lupus et
» Raymondinus Lupus et fratres et familie et domus sue, similiter
» pro bono quietis et pacis et pro omni odio et discordia evitanda
» ac etiam pro damnis maximis, que habuerunt, esse deinceps et
» omni tempore liberi et exenti et immunes tam in civitate quam
» in districtu Parme totoque dominio dictorum dominorum de la
» Scala ab omnibus et singulis exactionibus, mutuis, impositionibus,
» collectis, exercitibus, andatis, angariis aliisque oneribus et factio-
» nibus realibus et personalibus vel mixtis, quocumque nomine cen-
» seantur, impositis hactenus vel de cetero quomodolibet imponen-
» dis. Manentibus personis dictorum Rolandi et domini Andreasii de
» Rubeis extra civitatem et districtum Parme ubicumque voluerint
» sine ribellione vel guerra dictorum dominorum de la Scala et
» communis Parme. Sed familie et alii dictorum dominorum de
» Rubeis possint stare in episcopatu Parme et castris et locis pre-
» dictis. Et amici eorum possint repatriare et redire in civitatem et